https://www.monasterium.net/mom/IlluminierteUrkunden/1297-09-99 Nantes/charter

1297-09-99, Courtray

König Philippe [IV.] (Philippus dei gratia francorum rex) erhebt das Herzogtum Bretagne in den Rang eines königlichen Pairs (creamus et promovemus in parem et paritatis) und bestätigt (declaramus [...] et confirmamus) Johann II. und dessen Nachfolgern (dilecti et fidelis nostri <u>Johannis ducis Britanniae</u>) den bereits geführten Titel als Herzog.

Lettres-patentes du roi Philippe le Bel érigeant en duché-pairie la Bretagne, et imposant, en retour, au duc Jean II et à ses successeurs, le devoir de faire hommage à la couronne de France.

Original

Aufbewahrungsort:

Nantes, Archives départementales de Loire-Atlantique, E 103-4

https://de.wikipedia.org/wiki/Philipp IV. (Frankreich)

Philipp IV., genannt **der Schöne**, (<u>französisch Philippe IV le Bel</u>, <u>englisch Philip the Fair</u>; * <u>1268</u> in <u>Fontainebleau</u>; † <u>29. November 1314</u> ebenda) aus der Dynastie der <u>Kapetinger</u> war von 1285 bis 1314 <u>König von Frankreich</u> und als Philipp I. <u>König von Navarra</u>.

Er etablierte <u>Frankreich</u> als Großmacht in Europa und errichtete mit einer kompromisslosen Autorität ein modernes frühabsolutistisches Staatswesen, welches der mittelalterlichen französischen Monarchie eine bis dahin nie gekannte Machtentfaltung ermöglichte. Besondere Bedeutung besitzt seine Regentschaft wegen der Überführung des <u>Papsttums</u> nach <u>Avignon</u> und der Zerschlagung des <u>Templerordens</u>.

https://de.wikipedia.org/wiki/Johann II. (Bretagne)

Johann II. (* <u>4. Januar 1239</u>; † <u>14. November 1305</u> in <u>Lyon</u>) war ab 1286 <u>Herzog von Bretagne</u> und <u>Earl of Richmond</u>.

Beim Tod seines Vaters im Jahr 1286 erbte er von ihm das Herzogtum Bretagne und die Grafschaft Richmond. Zu Beginn seiner Herrschaft stand Johann zunächst im engen Einvernehmen mit England gegen König Philipp IV. von Frankreich. Nachdem sich die Spannungen zwischen Frankreich und England zuspitzten, wechselte er aber auf die Seite Frankreichs über, wofür er 1297 endgültig als Herzog von Bretagne anerkannt und unter die Pairs aufgenommen wurde. Zuvor wurde er formell nur als Graf behandelt.

Transkription

PHILIPPUS dei gratia Francorum Rex. Ad honorem cedit et gloriam regnancium et Regnorum si ad Regie potestatis dirigenda negocia insignibus viri conspicui preficiantur officiis et inclitis persone preclare dignitatibus preferantur, ut et ipsi sua gaudeant nomina honoribus intitulata magnificis et cura regiminis talibus decorata latentibus a sollicitudinibus relevetur, pacisque ac iusticie robora que Regnorum omnium fundamenta consistunt conservari comodius valeant et efficacius ministrari Ex hoc etiam graciam credimus extolli regnantium et vigorem crescere fidei et devocionis in subditis si viri preclari virtutibus et nitore conspicui meritorum congruis efferantur honoribus et fidelium obsequiosa devocio condignis premiorum retributionibus prosequatur, ut et ipsi pro sue meritis probitatis sibi honoris titulos accrevisse congaudeant, et alii eorum exemplo ad similia ferventius animentur. Notum igitur facimus universis, tam presentibus, quam futuris. Quod Nos attendentes devocionis fidei et fidelitatis probate constantiam Necnon prudentiam et proinde circumspectionis industriam dilecti et fidelis nostri Johannis Ducis Britannie grataque et accepta servitia que Nobis in nostris et Regni nostri negociis probatis effectibus impendit diutius et exhibit incessanter, ac labores etiam et expensarum onera que ad nostrum, et ipsius Regni honorem subiisse dinoscitur Considerantes insuper quod duodecim parium, qui in predicto Regno nostro antiquitus esse solebant, est adeo numerus diminutus, quod antiquus eiusdem Regni status ex diminutione huiusmodi deformatus, multipliciter videbatur, Sicque volentes eundem Ducem huiusmodi sue probitatis et precellentium meritorum obtentu honoribus promovere precipuis, et non minus Regni nostri solium, veterum dignitatum ornatibus reformare, ipsum de gratie nostre habundancia, et plenitudine Regie potestatis prefati Regni nostri Francie, creamus et promovemus in parem, et paritatis huiusmodi dignitatem Britannie Ducatui annexantes presentium tenore statuimus, ut tam ipse quam successor eiusdem Ducis Britanniæ qui pro tempore fuerit, par eiusdem Regni perpetuis temporibus habeatur. Omnique paritatis eiusdem quemadmodum dilectus et fidelis noster Dux Burgundie compar eius iure et prerogativa letetur. Pro qua siquidem paritate Nobis homagium prestitit idem Dux, ac successores sui Britannie Duces, Nobis et successoribus nostris Francie Regibus prestare perpetuo tenebuntur. Et ne possit in dubium revocari Ducem ipsum qui comes fuit aliquando nostris vocatus in litteris ducem fore terram Britannie Ducatum existere ipsumque Ducem in posterum debere vocari, auctoritate Regia ex certa sciencia declaramus, et tenore presencium confirmamus. Quod ut ratum et stabile perseveret presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Curtraci, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, mense Septembri.

- 1) PHILIPPUS dei gratia Francorum Rex. Ad honorem cedit et gloriam regnancium et Regnorum si ad Regie potestatis
- 2) dirigenda negocia insignibus viri conspicui preficiantur officiis et inclitis persone preclare dignitatibus preferantur, ut et ipsi sua gaudeant nomina
- 3) honoribus intitulata magnificis et cura regiminis talibus decorata latentibus a sollicitudinibus relevetur, pacisque ac iusticie robora que Regnorum
- 4)
 omnium fundamenta consistunt conservari comodius valeant
 et efficacius ministrari Ex hoc etiam graciam credimus extolli
 regnantium et vigorem

- 5) crescere fidei et devocionis in subditis si viri preclari virtutibus et nitore conspicui meritorum congruis efferantur honoribus et fidelium obsequiosa
- 6) devocio condignis premiorum retributionibus prosequatur, ut et ipsi pro sue meritis probitatis sibi honoris titulos accrevisse congaudeant, et alii
- 7)
 eorum exemplo ad similia ferventius animentur. Notum igitur facimus universis, tam presentibus, quam futuris. Quod Nos attendentes devocionis
- 8)
 fidei et fidelitatis probate constantiam Necnon prudentiam et
 proinde circumspectionis industriam dilecti et fidelis nostri
 Johannis Ducis Britannie grataque et
- 9) accepta servitia que Nobis in nostris et Regni nostri negociis probatis effectibus impendit diutius et exhibit incessanter, ac labores etiam et expensarum onera que
- 10) ad nostrum, et ipsius Regni honorem subiisse dinoscitur Considerantes insuper quod duodecim parium, qui in predicto Regno nostro antiquitus esse solebant, est
- 11) adeo numerus diminutus, quod antiquus eiusdem Regni status ex diminutione huiusmodi deformatus, multipliciter videbatur, Sicque volentes eundem

12)

Ducem huiusmodi sue probitatis et precellentium meritorum obtentu honoribus promovere precipuis, et non minus Regni nostri solium, veterum digni-

- 13) tatum ornatibus reformare, ipsum de gratie nostre habundancia, et plenitudine Regie potestatis prefati Regni nostri Francie, creamus et promovemus in parem,
- 14) et paritatis huiusmodi dignitatem Britannie Ducatui annexantes presentium tenore statuimus, ut tam ipse quam successor eiusdem Ducis Britanniæ qui
- 15)
 pro tempore fuerit, par eiusdem Regni perpetuis temporibus habeatur. Omnique paritatis eiusdem quemadmodum dilectus et fidelis noster Dux Burgundie compar
- 16)
 eius iure et prerogativa letetur. Pro qua siquidem paritate
 Nobis homagium prestitit idem Dux, ac successores sui
 Britannie Duces, Nobis et succes-
- 17) soribus nostris Francie Regibus prestare perpetuo tenebun-tur. Et ne possit in dubium revocari Ducem ipsum qui comes fuit aliquando nostris vocatus in litteris du-
- 18)
 cem fore terram Britannie Ducatum existere ipsumque Ducem
 in posterum debere vocari, auctoritate Regia ex certa sciencia
 declaramus, et tenore presencium con-

19)

firmamus. Quod ut ratum et stabile perseveret presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Curtraci, anno domini millesimo ducentesimo no-

20)

nagesimo septimo, mense Septembri.

https://de.wikipedia.org/wiki/Philipp IV. (Frankreich)

Philipp IV., genannt **der Schöne**, (<u>französisch Philippe IV le Bel</u>, <u>englisch Philip the Fair</u>; * <u>1268</u> in <u>Fontainebleau</u>; † <u>29. November 1314</u> ebenda) aus der Dynastie der <u>Kapetinger</u> war von 1285 bis 1314 <u>König von Frankreich</u> und als Philipp I. <u>König von Navarra</u>.

Er etablierte <u>Frankreich</u> als Großmacht in Europa und errichtete mit einer kompromisslosen Autorität ein modernes frühabsolutistisches Staatswesen, welches der mittelalterlichen französischen Monarchie eine bis dahin nie gekannte Machtentfaltung ermöglichte. Besondere Bedeutung besitzt seine Regentschaft wegen der Überführung des <u>Papsttums</u> nach <u>Avignon</u> und der Zerschlagung des <u>Templerordens</u>.

https://de.wikipedia.org/wiki/Johann II. (Bretagne)

Johann II. (* <u>4. Januar 1239</u>; † <u>14. November 1305</u> in <u>Lyon</u>) war ab 1286 <u>Herzog von Bretagne</u> und <u>Earl of Richmond</u>.

Beim Tod seines Vaters im Jahr 1286 erbte er von ihm das Herzogtum Bretagne und die Grafschaft Richmond. Zu Beginn seiner Herrschaft stand Johann zunächst im engen Einvernehmen mit England gegen König Philipp IV. von Frankreich. Nachdem sich die Spannungen zwischen Frankreich und England zuspitzten, wechselte er aber auf die Seite Frankreichs über, wofür er 1297 endgültig als Herzog von Bretagne anerkannt und unter die Pairs aufgenommen wurde. Zuvor wurde er formell nur als Graf behandelt.